Morbio 26 (47)

NOS CAESAR ANDENNA. I. V. D.

Prepositus s.ti Giminiani laude ac Vicarius generalis curie epalis Novarie nomine R.mi et Ill.mi D. D. Jo. Antony Sarbelloni Cardinalis S. R. E. tituli s.ti Georgij Perpetui administratoris epatus Civitatis Novarie habitis informacionibus a personis fidedignis sicuti dnus Baptista de Cattaneis de Agamio fq Dni Francisci civis et habitor Novarie multum insudavit pro hedifficari faciendo capellam unam sub tittulo assumptionis sacratissime Virginis marie in Curia Novarie in loco ubi dicit' ad Bisocham super strata qua itur ex Civitate Novarie ad Terram Guilengi et Montiscuchi et ad Capsinas multorum nobilium maxime Ill. Dni Cesaris Casati; et q ipse D. Bapta Cattaneus etiam pro hedifficando dictam capellam obligavit bona sua propria maxime erga dm Bernardum [illegible] Marcio et alios adeo q nisi fuisset ipse dns Bapta ~~[illegible]~~ fuit et est hedifficata in satis bona forma, et quia ecclesia solet esse memor beneficij recepti a secularibus; Ideo tenore pntium ut alij seculares simili bono trahant exemplo insu dando ut hedifficentur ecclesie dictum D. Baptam Cattaneum et D. Jo. Franciscum Cattaneum eius filium ex D. Anna de Dulcis eius uxore et eius et eoru filios et alios descendentes masculos in infinitum ex legmo matrimonio, constituimus respective Patronum et patronos dicte capelle et ecclie uts. hedifficate et defficiente linea masculina constituimus patronos dicte ecclesie lineam femininam dicti dni Bapte, Cum hoc tamen pacto q ubi contingat quovis tittulo relinqui seu dari aliquid dicte capelle et ecclesie per alias personas q3 per dictum D. Baptam q de talibus relictis vel datis dicte ecclesie disponatur prout placuerit ipsis relinquentibus vel dantibus dicte ecclesie absq eo q ipse D. Bapta et eius descendentes tam masculi q3 femine pretendere possint aliquod Jus patronatus nec aliud Jus in illis rebus et Juribus quas et que continget dari vel relinqui dicte ecclesie nisi aliter expresse fuerit de voluntate dictorum relinquentium seu dantium. Insuper ipse D. Bapta Juravit ad s.ta Dei Evangelia in manibus nris tactis scripturis q rite et recte administrabit dictum Jus patronatus et q erit obediens S. R. E. ac R.mo D. D. Epo Novarie per tempora existen. In quorum testimonium pntes fieri Jussimus nostriq3 sigilli impressione muniri. Dat. et actum Novarie vz in epali Pallatio Novarie Anno Nativitatis dni Millessimo quingentessimo sexagessimo quarto Indictione septima die lune decimo mensis Januarij Pntibus ibidem testibus Mag.co J. V. Doc. D. Jo. Bapta Ploto de collegio D. Advocatorum et Judicum Civitatis Novarie, et D. Francisco Leonardo fq dni Laurentij notario Novarie, notis Idoneis ad premissa vocatis et Rogatis: –

Cesar Vic.s

Joh. maria de Clapis not.s Cur epalis [illegible] [illegible] [illegible] scripsit.

N° 664

1564. 10. Gennajo. Concessione di Iuspatronato al Sig.r Battista dè Cattanei di Ghemme e suoi discendenti in infinito per aver fatto edificare una Cappella sotto il titolo dell'Assunzione di Maria Vergine nel luogo dove si dice alla Biccocca sopra la strada per dove si và ad Olengo, e Moncucco &c.

Questa è la bolla de [illegible]
[illegible]

Morbio 26 (47)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872272851-14/fragment/page=0002